

Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob Liber Decimvsonvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM IOB LIBER DECIMVS NONVS.

CAPUT PRIMUM.

GUID mirum, si eterna Dei sapientia conspici non valeret, quando ipsa quoque invisibilia quae per eam condita sunt, humanis oculis comprehendendi non possunt? In rebus ergo creatis discimus creatorum omnium quanta humilitate veneremur: ut in hac vita usurpare sibi de omnipotentis Dei specie mens humana nil audeat, quod solum electis suis premium in subsequenti remuneratione servar. Unde bene postquam dictum est: [Ab condita est ab oculis omnium viventium;] illoco subinfertur: [Volucres quoque cali later.] In Scriptura enim sacra volucres aliquando in malo, aliquando in bono dantur intelligi. Per volucres quippe nonnumquam potestates aereas designantur, bonorum studiis adversae. Unde Veritatis voce dicitur: *Quoniam semen quod fecis viam cecidit, venerunt volucres, & comedereunt illud:* quia nimur maligni spiritus humanas mentes obdidentes, dum cogitationes noxias ingerunt, verbum vita memoria evellunt. Hinc rursus cuidam diviti superba sapienti dicuntur: *Vulpes foras habent, & volucres cali nidos;* filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Vulpes valde fraudulenta sunt animalia, qua in fossis, vel specubus se abscondunt: cumque apparuerint, numquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus currunt. Volucres vero, ut novimus, alta volatu se in aera sublevant. Nominis ergo vulpium, dolosa atque fraudulenta: nomine autem volucrum, haec eadem superba demona designantur. Ac si dicat: Fraudulenta & elata demona in corde vestro, id est, in cogitatione superbiae inveniunt habitationem suam: filius autem hominis, ubi caput suum reclinet non habet; id est, humilitas mea requiem in superba mente vestra non invenit. Quasi enim quodam volatu volucris illa prima se extulit, qua per elatam cogitationem dixit: *In calum constendam, super astra cali exaltebo solam meum, sedebo in monte testamenti, in latribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo.* Ecce quam alta superbe volando petuit. Quem etiam volatum & primis hominibus persuasit. Ipsi quippe volando quasi super se ire conati sunt, quando eis dictum est, ut gustarent, & essent sicut dij. Cumque similitudinem divinitatis apparetur, immortalitatis munera perdiderunt. Qui in terram moriendo non issent, si super terram humiliter stare voluerint. At contra, in bono volucres ponit solent, sicut in Evangelio Dominus cum similitudinem regni caelstis ex grano finapis denunciat, dixit: *Cui simile est regnum Dei, & cui simile estimabo illud?* Simile est grano finapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & crevit, & factum est in arborem magnam, & volucres cali requieverunt in ramis eius. Ipse quippe est granum finapis, qui in horti sepultura plantatus, arbor magna surrexit. Granum namque fuit cum morceretur, arbor cum resurgeret. Granum per hu-

A militatem carnis, arbor per potentiam majestatis. Granum, quia vidimus eum, & non erat aperetus: arbor autem, quia speciosus forma praefiliis bonum. Hujus arboris rami, sancti predicatorum sunt. Et videamus quād latē tendantur. Quid enim de eis dicitur: *In omnem terram exivit sonus eorum, & insines orbis terra verba eorum.* In ipsis ramis volucres requiescent: quia sanctae animae, quae quibundam virtutum pennis a terrena cogitatione se sublevant, in eorum dictis atque consolationibus ad hujus vitae fatigazione resplicant. Hoc igitur in loco postquam de sapientia dictum est: [Ab condita est ab oculis omnium viventium;] recte subiungitur: [Volucres quoque cali later.] quia in hac corruptibili carne constituti, naturae ejus potentiam ipsi quoque videndo non penetrant, qui jam per meritum sanctae contemplationis volant. Ubi apte subiungitur:

Quod maligni spiritus famam tantum de Deo per Scripturas sanctas & miracula audiunt, sed de ejus sapientia nihil intelligunt.

CAPUT II.

PERditio & mors dixerunt: *Auribus nostris audiimus famam ejus.* Qui perditionis & mortis nomine, nisi maligni spiritus designantur: qui inventores mortis & perditionis extiterunt, sicut de ipso corum principe sub ministri ejus specie per Joannem dicitur: *Et nomen illi mors.* Cui subiecti omnes superbi spiritus, de hac sapientia qua Deus est, dicunt: *[Auribus nostris audiimus famam ejus]*; quia nimur visionem illius plena beatitudine habere nequerunt. Videre quippe perfecte coeternam Deo sapientiam, hoc est quod habere. Unde ad Joannem de munere vincentis dicitur: *Dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum scriptum, quid nemo sit, nisi qui accipit.* In hac enim vita scire aliquid, vel videre possumus, etiam quod non accepimus habere. Nomen vero novum in calculo scriptum, id est, in aeterno premio notitiam Dei humanis mentibus inusitatam, scire nemo potest, nisi qui hanc etiam accepit habere. Quia itaque, ut diximus, videre Deum, hoc est quod habere; ideo iniqui spiritus hanc sapientiam non vident, quia repulsi per superbiam nequaquam eam habere potuerunt. Ad lucem quippe ejus clauerunt oculos cordis, superfusis ejus raduis repugnantes, sicut intelligi etiam de eisdem malignis spiritibus potest, quod scriptum est: *Ipsi lob. 24. b.* rebelles fuerunt lumini. Famam ergo sapientiae malignis spiritibus audisse, sed eandem sapientiam non vidisse, est & ejus potentiam ex virtute illius cognoscere, & tamen sub ea humiliter stare noluisse. Unde & Veritatis voce de ipso malignorum spirituum capite dicitur: *Ille homicida erat ab initio, ian. 8. e.* & in veritate non stetit. Sequitur:

*Quod solius Dei est scire seipsum, & quos prae-
stinaverit, & ad quos veniat, & in
quibus quiescat.*

CAPUT III.

Deus intelligit viam ejus, & ipse novit locum illius.] Hæc coetera Deo sapientia aliter viam habet, atque aliter locum. Locum vero si quis intelligat, non localem. Nam teneri corporaliter non potest Deus: sed ut dictum est, locus intelligitur non localis. Locus sapientia Pater est, locus Patris sapientia, sicut ipsa Sapientia attestante dicitur: *Ego in Patre, & Pater in me.* Alter ergo ipsa sapientia habet viam, atque aliter locum. Viam per humanitatis transitum, locum vero per statum divinitatis. Inde enim non transit, unde aeterna est: sed inde transit, unde propter nos apparuit tempora-

*Ioan. 14. 6.**3.**Mar. II.**8.**Matth. 3.**a.**Psal. 67.**#**Luc. 1. 1.**d.**Joan. 4. 1.**e.**Ioan. 4. 2.**f.**Ioan. 4. 3.**g.**Ioan. 4. 4.**h.**Ioan. 4. 5.**i.**Ioan. 4. 6.**j.**Ioan. 4. 7.**k.**Ioan. 4. 8.**l.**Ioan. 4. 9.**m.**Ioan. 4. 10.**n.**Ioan. 4. 11.**o.**Ioan. 4. 12.**p.**Ioan. 4. 13.**q.**Ioan. 4. 15.**r.**Ioan. 4. 16.**s.**Ioan. 4. 17.**t.**Ioan. 4. 18.**u.**Ioan. 4. 19.**v.**Ioan. 4. 20.**w.**Ioan. 4. 21.**x.**Ioan. 4. 22.**y.**Ioan. 4. 23.**z.**Ioan. 4. 24.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.**rr.**ss.**tt.**uu.**vv.**ww.**xx.**yy.**zz.**aa.**bb.**cc.**dd.**ee.**ff.**gg.**hh.**ii.**jj.**kk.**ll.**mm.**nn.**oo.**pp.**qq.*

mini super aquas. Hoc ergo in loco quid aquarum A nomine, nisi electorum corda signantur, quæ per intellectum sapientæ, auditum jam supernæ vocis acceperunt? De quibus recte dicitur.

Cur ipsi Sancti, qui ad summam rapiuntur, tentationibus reprimantur.

CAPUT V.

ET aquas appendit mensura.] Quia Sancti ipsi, qui sancto sublevante Spiritu ad summam rapiuntur, quamdiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur; ut nequaquam tantum proficerent, quantum volunt: sed ne extollantur superbiæ, fit in eis ipsorum quadam mensura virtutum. Hinc est enim quod Elias dum tot virtutibus in alta profecisset, quadam mensura suspensus est, dum Jezabel postmodum quamvis reginam, tamen mulierculam fugit. Perpendo quippe hunc miræ virtutis virum, ignem de celo trahere, & secundò * quinquaginta viros cum suis omnibus, petitione * subdita concremari, verbo cælos à pluvias claudere, verbo cælos ad pluvias aperire, suscitare mortuos, ventura quoque prævidentem: & ecce rursus animo occurrit, quo pavore ante unam mulierculam fugerit. Considero virum timore percussum, de manu Dei mortem petere, nec accipere: de manu mulieris mortem fugiendo vitare. Quærebatur enim mortem dum fuderet, dicens: *Suffici mibi, tolle animam meam: neque enim melior sum quam patres mei.* Unde ergo sic potens, ut tot illas virtutes faciat: unde sic infirmus, ut ita feminam pertineat, nisi quia aquæ appenduntur mensuræ: ut ipsi sancti Dei homines & multum valeant per potentiam Dei, & rursus quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam: In illis virtutibus Elias quid de Deo accepatur, in ipsis infirmitatibus quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia virtus fuit, ista infirmitas custos virtutis. In ipsis virtutibus ostendebat quid accepatur: in ipsis infirmitatibus hoc quod accepatur, custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus servabatur. Sic Paulum video fluminum & latronum, civitatis & solitudinis, maris ac terra pericula sustinentem, frænamentum jejuniis ac vigiliis corpus, sustinentem D frigoris & nuditatis ærumnam, ad Ecclesiarum custodiæ vigilanter se ac pastoraliter exercentem, ad tertium cælum raptum, rursusque cum in paradisum raptum, & audire arcana verba, quæ non licet homini loqui: & tamen satanæ angelo ad tentandum conceditur, orat ut eximi debeat, & non exauditur. Cujus cum ipsa initia conversionis aspiratio, perpendo quod ei superna pietas cælos aperit, scilicet illi Iesus de sublimibus ostendit. Qui lumen corporis ad tempus perdidit, lumen cordis in perpetuum accepit. Ad Ananiam mittitur, vas eleætionis vocatur: & tamen de civitate eadem, quam post visionem Jesu ingressus fuerat, fugiens recedit, sicut ipse testatur dicens: *Damasci prepositus gentis Aretha regis custodiebat civitatem Damascorum, ut me comprehendere: & per fenestræ in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus ejus.* Cui licenter dicam: O Paule in cælo jam Jesum conspicias, & in terra adhuc hominem fugis? In paradiso diceris, secreta Dei verba cognoscis, & adhuc à satanæ angelo tentaris? Unde sic fortis, ut ad cælestia rapiaris? Unde sic infirmus, ut in terra hominem fugias, & adhuc à satanæ angelo adversa toleres: nisi quia ipse qui te sublevat, rursus subtilissimam te mensuram moderatur, ut & in miraculis tuis nobis prædictes vitrunt Dei, & rursus in timore tuo reminisci nos facias infirmitatis nostræ? Quæ tamen infirmitas ne in desperationem nos pertrahat cum pulsat, dum de infirmitate tua Dominum ro-

gares, quia auditus non es, nobis quoque locutus es, quid audisti: *Suffici tibi gratiam mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Aperta ergo voce Dei ostenditur, quia custos est virtutis, infirmitas. Tunc quippe bene interius custodimur, cùm per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius, aliquando vitiis, aliquando pressuris. Nam eis quoque, quos viros novimus fuisti virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitorum. Hinc est enim quod ad consolationem nostram idem prædicator egregius de se quædam talia prodere dignatur, dicens: *Vide aliam legem in membris meis, re-pugnantem legi mentis mea, & capitulum ducentum in lege peccati, qua est in membris meis.* Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat spiritus: & ad alta sustollit spiritus, ne prosterneat caro. Spiritus levat, ne jaceamus in infirmis: caro aggravat, ne tollamur ex summis. Si non sublevante spiritu nos caro tentaret, pondere proculdubio tentationis fuæ in ima dejiceret. Rursus vero si non tentante carne ad summam nos spiritus sublevaret, in superbiam casu ipsa nos pejus sublevatione prosterneret. Sed fit certo moderamine: ut dum unusquisque Sanctorum quidem interius ad summam rapiatur, sed adhuc tentatur exterior, ne desperationis lapsum, nec elationis incurrit: quoniam nec tentatio exterior culpam perficit, quia interior intentio sursum trahit: nec rursus intentio interior in superbiam elevat, quia tentatio exterior humiliat, dum gravat. Sicque magno ordine cognoscimus in interiori profectu quid accipimus, in exteriori defectu quid fumus. Et miro modo agitur, ut nec de virtute quisquam extollit debeat, nec de tentatione desperare: quia dum spiritus trahit, & caro retrahit, subtilissimo iudicij interni moderamine, infra summa, & supra infima in quodam medio animalibratur. Bene ergo dicitur: [*Et aquas appendit mensura.*] Sequitur: [*Quando ponet pluvias legem, & viam procellis sonantibus; tunc vidit illam, & enarravit, & preparavit, & investigavit. Solene per pluvias, prædicantium dicta signari. Unde per Moysen dicitur: Exspectetur sic pluvia eloquum meum. Quorum vi-Dew. delicet verba cum blande persuadent, pluviae sunt: 32. 4. cùm vero terribilia de venturo iudicio intonant, sonantes procellæ. Et notandum, quod pluvias lex ponitur, ut via procellis sonantibus aperiatur. Lex quippe est ipsis prædicatoribus posita, ut vivendo impleant, quod loquendo suadere festinant. Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non adjuvatur. Hinc enim per Psalmistam dicitur: P/ 49. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, & affirmas testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos post te. Sermones etenim Dei post se prædicator projicit, cùm hoc quod dicit, facere contemnit. Quando autem dictis ejus, alter obediatur, dum ipse respuit opere, quod prædicat voce, & dissimulat audire quod narrat. De ista prædicationis lege scriptum est: Qui solverit unum de mandatis suis minimus, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno calorum. Qui autem fecerit, & docuerit sic, magnus vocabitur in regno calorum. Regnum calorum, videlicet Ecclesiæ præsentem appellat, de qua scriptum est: Et colligent de regno ejus omnia scandala. Matt. 13. In superno etenim regno scandala, quæ ex eo colligi debeat, non habentur. Qui ergo solvit opere, & sic docet voce, in isto regno calorum erit minimus, in illo nec minimus. Viam autem procellis sonantibus posuit, cùm prædicatoribus suis, ad corda hominum terrore venturi iudicij perculta, adiutum fecit. Prius itaque lex ponitur, ut postmodum via pandatur: quia illa vox cor audientis penetrat, quæ hoc quod ore sonuerit, opere conservat. Tunc autem cum legem pluvias, & viam procellis sonantibus 7. 1ob. 23. 4 ponere, hanc sapientiam Deus vidit, enarravit,*

Gen. 22. Deut. 13. præparavit, & investigavit. Usitata sacri eloquij A locutione videre Dei dicitur, videre nos facere, si-
cūt justo viro Dominus dicit: *Nunc cognovi quid ti-
meas Deus.* Et Israëlitæ præmonentur: *Tentat vos
Dominus Deus vester, si sciat si diligitis eum:* id
est, ut scire vos faciat. Tunc ergo cum legem plu-
viis poneret, hoc est, mandatum custodias prædicato-
ribus daret, hanc incarnatam sapientiam videri
& enarrari à prædicatoribus, præparari & investi-
gari ab auditoribus fecit. Sibi quippe illam præpa-
rat, quisquis illam bene vivendo in diem judicij
propitiam parat. Et notandum, quid de ea qua-
tuor dicta sunt. Ait enim: [*Vidit, enarravit, pre-
paravit, investigavit.*] Vedit namque, quia species
est: enarravit, quia verbum: præparavit, quia re-
medium: investigavit, quia occultum. Sed hoc
quid æterna Dei sapientia species Patris & Verbum
dicitur, quando ab humana mente penetratur? Quis
namque intelligat, vel verbum sine tempore, vel
speciem sine circumscriptione? Dicendum ergo
erat aliquid, quod de illa homo cognosceret in le-
Unde aptè subditur:

*Quod in eo sapientiam Domini se habere, potest homo
cognoscere, si timeat Deum, & quem in sua natura
non intelligit, in se quodammodo cognoscit.*

CAP.
XXIX.

Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit: *Quis mibi tribuat, ut sim
lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?* Sicut fui in diebus
adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Quando erat Omnipotens
mecum, & in circuitu meo pueri mei. Quando lavabam pedes meo butyro, & petra fundebat
mihi rivos olei. Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant mihi ca-
thedram. Videbant me iuvenes, & abscondebantur: & senes assurgentib; stabant. Principes
cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohiebant duces, & lingua
eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium
reddiebat mihi, eo quid liberasse pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.
Benedictio perituri super me veniebat, & cor vidue consolatus sum. In iustitia induitus sum, &
vestivi me sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Oculus fui ceco, & pes claudio. Pa-
ter eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam
molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Dicebamque, In nudulo meo moriar,
& sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in mes-
fione mea. Gloria mea semper innovabit et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui
me audiebant, expectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis
addere nihil audiebant, et super illos stillabat, eloquium meum. Expectabant me sicut pluviam;
et os suum aperiebant quasi ad imbreu serotinum. Si quando ridebam ad eos, non credebant:
et lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissim ire ad eos, sedebam primus: cumque se-
derem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mærensum consolator.

CAPUT VII.

Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit. *[Q]uia enim parabola similitudo nominatur, aptè constat quid per exteriorum verborum formam, mysteria loquitur, qui ad loquendum, parabolam assumpsisse memoratur. Cū etenim sua nar-
rat, quæcumque sunt sanctæ Ecclesiæ ventura denun-
tiat: & per hoc quod ipse patitur, indicat quid illa pa-
ciatur. Nonnūquam vero sic lue historiæ verba per-
miscent, ut nil allegoricum insonet: nonnumquam ve-
rò sic suos dolores loquitur, ac si ex voce dolentis Ec-
clesiæ loquatur. In hac verò ultima sui parte sermo-
nis, ultimum tempus designat Ecclesiæ, quando ad-
versarios suos, id est, carnales quosque, vel hereticos
ataque gentiles, quos nunc studet sapientiæ auctorita-
te comprimere, effracta jaçantia elatos cogituri ir-
rita tolerare. Unde in hoc quoque sermone dicitur: *Nunc autem derident me iuiores tempore, quorum non
dignabat patres ponere cum canibus gregis mei.* Et ip-
sa ordinis ratio exposcit, ut per verba beati Job ultimi-
ma, extremi sanctæ Ecclesiæ designuntur dies, quan-
do persecutione crescente, apertas hereticorum vo-
ces tolerare compellitur, cum motus cordis sui, quos
nunc intra cogitationum sinus contegunt, tunc in*

CAPUT VI.
Et dixit homini: *Ecce timor Domini, ipsa est sa-
piencia: & recedere à malo, intelligentia.*] Ac si
apertè diceretur: Ad temetipsum homo revertere,
cordis tui secreta perscrutare. Si Deum te timere de-
prehendis, profectè constat quia hac sapientia ples-
nus es. Quam si adhuc cognoscere non potes quid
sit in te, jam cognoscis interim quid sit in te. Quæ
enim apud se ab Angelis metuitur, apud te timor
Domini vocatur: quia hanc habere te certum est, si
timere te Deum incertum non est. Hinc etiam per
Psalmistam dicitur: *In initium sapientia, timor Domini.* ps. 110. b

Bni: quia tunc penetrare cor inchoat, cum hoc ex-
tremi judicij pavore perturbat. Ad parvitatem igit-
ur nostram divinus sermo se attrahit: sicut cum pa-
ter cum parvulo filio loquitur, ut ab eo possit intel-
ligi, sponte balbutit. Quia enim naturam sapientiæ
penetrare non possumus quid sit in se, ex condescen-
sione Dei audivimus quid sit in nobis, cum dicitur:
[*Ecce timor Domini, ipsa est sapientia.*] Sed quia ille
veraciter vim divini timoris intelligit, qui se à cun-
ctis pravis operibus custodit, rectè subdit: [*Et
recedere à malo, intelligentia.*] Ea igitur quæ se-
quuntur, quia prophetæ spiritu plena sunt, ipsa
sacrae historiæ verba testantur, cum dicitur.

C voc manifestat erroris aperiunt. Nunc enim, sicut Apoc. 20.
per Joannem dicitur, draco in abysso clausus tenetur,
quia diabolica malitia in eorum subdolis cordibus
occultatur. Sed sicut illic scriptum est, educetur ps. 31. b
draco de puto abyssi: quia quod modo præ timore te-
gitur, tunc contra Ecclesiam publicè de iniquorum
cordibus omne serpentum virus aperitur. Nunc
enim abscondit se sub blandiente lingua, levians con-
scientia, & malitia calliditatis, quasi quadam se tegit
abyssu simulationis: nunc Dominus, sicut Psalmista
voce dicitur, *congregat sicut in ure aquas maris.* Uter
quippe, carnalis est cogitatio. Aque ergo maris in utre
congregata sunt, cum amaritudo perverse mentis
non erumpit exterius in vocem prava liberratis. Ve-
net profectè tempus, quando contra hanc perverfi
atque carnales aperta voce prædicens, quod nunc oc-
ulta cogitatione moluntur. Veniet tempus, quando
catholicæ Ecclesiæ non solùm injustis vocibus, sed
etiam crudelibus plagis premant. Ab adversariis nam-
que suis duabus modis Ecclesiæ persecutionem pati-
tur, scilicet aut verbis, aut gladiis. Sed cum verbis
persecutionem sustinet, exercetur ejus sapientia: cum
verò gladiis, exercetur ejus patientia. Sed verborum
persecutiones ab hereticis nunc etiam quotidie to-
eramus, cum ipsi hereticis linguis nobis subdolis, &

falsa humilitate blandiuntur Persecutiones verò gladiorum juxta finem mundi securarē sunt: ut grana caelestibus horreis recondenda, tantò verius à peccatorum palcis exuantur, quantò acris affliguntur. Tunc electi omnes, qui in illa fuerint tribulatione comprehensi, reminiscuntur horum temporum, in quibus nunc Ecclesia fidei pacem tenet, & superba hæreticorum colla comprimit, non potentatu culminis, sed jugo rationis. Reminiscuntur nostri, qui quieta fidei tempora ducimus: qui etsi in bellis coartamur, gentium, non tamen in dictis expugnamur patrum. Beatus ergo Job sanctæ Ecclesie typum tenens, quæ tunc in illis angustiis invenitur: & tamen nostræ, ut dixi, quietis reminiscitur, sua transacta narrat, & aliis ventura denunciat, dicens.

Tantas tribulationes Ecclesia in fine mundi venturas, per spiritum prophetæ sancti Job prævidit, ut comparatione earum bujus temporis pressura desiderari non immerito videantur.

CAPUT VIII.

Quis mibi tribuat, ut sim juxta mentes pristinos? Ezra 6, 6. Multa enim talia sancta Ecclesia doloribus pressa dictura est. Tantis quippe illam futurum est tribulationibus angustari, ut hæc tempora cum magno suspirio desideret, quæ nos cum magno dolore toleramus. Dicatur ergo, dicat per vocem beati Job: [Quis mibi tribuat, ut sim juxta mentes pristinos?] Quia enim statutus dierum numerus, mentes vocantur: quid aliud nomine signat mensum, nisi collectiones animarum? Dies quippe dum colliguntur in mensibus, subtrahuntur: quia & in hoc tempore sancta Ecclesia, dum veritas luce splendentes animas colligit, in intimis abscondebit. Ali quando etiam mensis pro perfectione ponitur, sicut Propheta ait: Erit mensis ex mente; perfectio videbit eis in requie, quibus nunc perfectio fuerit in operatione. Reminiscatur ergo perfectionis pristinae, reducat ad memoriam quanta prædicatione sua collectis animabus reportabat lucra, & angustata tribulationibus dicat: [Quis mibi tribuat, ut sim juxta mentes pristinos?] In quibus profecto mensibus qualis fuerit, enumerando subiungit, dicens: [Secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris.] Tunc quippe vider ex se, præfectione cogente, infirmorum multos cadere, quos nunc ut mater intra pacis sinum parvulos fovet, & intra tranquillas fidei cunas continet, quia admixti fortibus, ipsa fidei tranquillitate nutruntur. Tunc verò tales multi casuri sunt, & per vilsera charitatis, quidquid in damno pavulorum suffinet, se perpetui animus perfectior dolet. Infirmorum etenim damna, ad corda fortium per compassionem transeunt. Unde per Paulum dicitur: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non wor? Tantò enim quisque perfectus est, quantò perfectè sentit dolores alienos. Unde sancta Ecclesia infirmis tunc cedentibus angustiata, cum horum reminiscitur temporum, jure dictura est: [Secundum dies, quibus Deus custodiebat me:] quia se tunc in illis aestimat cadere, quæ se nunc in istis respicit custodiri. Bene autem dicitur: [Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris.] Lucernæ enim nomine, lumen signatur facta Scriptura, de qua ipse Ecclesiæ pater dicit: 2. Cor. 11. H abemus firmorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies illuceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Et Psalmista ait: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine. Quia autem principale nostrum mens est, appellatione capitis mens vocatur. Pf 22, 6. Unde per Psalmistam dicitur: Impinguasti in oleo

A caput meum. Ac si aperte dicat: Charitatis pinguedine repleti mentem meam. Nunc ergo lucerna super caput Ecclesiae splendet: quia sacra eloqua tenebras nostræ mentis irradiant, ut in hoc caliginoso vita præsentis loco, dum verborum Dei lucem percipimus, quæ sunt agenda videamus. Nunc ad lumen ejus in tenebris ambulat: quoniam sancta universalis Ecclesia etsi alienæ occulta cogitationis non penetrat, quia quasi faciem non cognoscit in nocte, tamen ponit gressus boni operis, directa lumine supernæ locationis. Sequitur.

Reminiscitur Ecclesia fecunditatis sua, quam in primo tempore habuit, quamvis circa mundi finem maxima prædicationis virtus roboretur.

CAPUT IX.

Sicut fui in diebus adolescentia mea, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo. Cant. 8. Sicut uniuersus jusque hominis, sic sancta Ecclesia ætas describitur. Paryula quippe tunc erat, cum à nativitate recentis verbum vita prædicare non poterat. Hinc enim de illa dicitur: Soror nostra paryula es, & ubera non habet: quia nimur sancta Ecclesia prius quam proficeret per incrementa virtutis, infinitis quibusque auditoribus præbere non potuit ubera prædicationis. Adulta verò Ecclesia dicitur, quando Dei verbo copulata, sancto repleta Spiritu, per prædicationis ministerium in filiorum conceptione fecundatur, quos exhortando partur, convertendo parit. De hæcju atate Domino dicitur: Adolescentule dilexerunt te. Universæ quippe Ecclesiae, quæ unam Catholicam faciunt, adolescentiæ vocantur: non jam vetusta per culpam, sed novella per gratiam: non senio steriles, sed ætatemis ad spiritalem congrue fecunditatem. Tunc ergo, cum in diebus illis Ecclesia quasi quodam senio debilitata, per prædicationem filios parere non valeret, reminiscitur fecunditatis antiquæ, dicens: [Sicut fui in diebus adolescentia mea.] Quamvis post eisdem dies quibus deprimitur, jam tamen circa ipsum finem temporum, grandi prædicationis virtute roboretur. Nam suscepimus ad plenum gentibus, omnem Israëliticum populum, qui tunc inventus fuit, in fidei fidum trahit. Scriptum quippe est: Donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel fulvis fieret. Sed ante illa tempora erunt dies, in quibus ab adversariis paululum videbitur oppressa, cum & horum dierum reminiscitur, dicens: [Sicut fui in diebus adolescentia mea, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.] Quid hoc loco tabernaculum, nisi habitationem mentis accipimus? Quia per omne quod cogitando agimus, in consilio nostri cordis habitamus. Quisquis autem mandata Dei tacitus cogitat, secrete illi Deus in tabernaculo est. Habitationem etenim cordis sui ante Dei esse oculos viderat, qui dicebat: Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Ex psalm. 18. teriora namque opera patent oculis hominum, longè verò incomparabiliter interiora ac subtilissimæ cogitationes nostræ patent oculis Dei. Omnia enim, sicut scriptum est, nuda & aperta sunt oculis Hebr. 4. ejus. Et saepè in exteriori opere ante oculos hominum inordinati apparere metuimus, & in interiori cogitatione illius respectum non metuimus, quem videntes omnia, non videmus. Multò enim magis intrinsecus Deo, quam extrinsecus hominibus conspicabiles sumus. Unde & sancti omnes foris se intusque circumspiciunt, & vel reprehendentes se exteriori, vel iniquos se interiori videri invisibiliter timent. Hinc est quoddam animalia quæ per Prophetam videntur, in circuitu & intus plena oculis esse memorantur. Quisquis enim exteriora sua honestè disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti verò

verò omnes, quia & exteriora sua circumspiciunt, A verò bona de se exempla fratribus præbeant, & interiorea sua vigilanter attendunt, quia se irreproba- biles interni iudicis obtutibus parant, & in circui- tu oculos & intus habere perhibentur: magisque se, quod Deo placeant, in sua interna componunt, sicut per Psalmistam quoque de sancta Ecclesia dicitur:

Ps. 44. 4. Omnis gloria ejus filia regis ab intus. Sed quia exterio- ria sua etiam irreprehensibilia custodit, jure de ea subdidit: *In simbris aureis circumambita varietati- bus: ut & pulchra sibi intus sit, & aliis foris: & se provehens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla.* Beatus igitur Job dicat ex se, dicat ex persona universalis Ecclesie: *[Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.]* Ut enim demonstret quantum intus proficerit; secreto Deum fuisse in suo tabernaculo perhibet. Ut etiam ostendat restitudinem opera quantum extrinsecus eu- stodivit, adjungit: *[Quando erat Omnipotens meum, & in circuitu meo pueri mei.]* Omnes enim, qui divina præcepta metuunt, Dei tabernacula sunt. Unde, ut suprà iam diximus, per semetipam Veritas dicit de eo, qui illius mandata custodit: *Ego & Pater meus venieras, & mansionem apud eum faciemus.* Quo contrà perversi quique dum interna non appetunt, in suis se cogitationibus foras fundunt. Unde eis per Prophetam dicitur: *Redite pravaratores ad cor.* Et rursum: *Ve qui cogitatis inutile.* In actionibus quippe suis verentur homines, quos corporaliter vident, & Deum sibi presentem non aestimant esse, quem non vident. Quo contrà in laude justi dicitur, dum Ægypti regem contemneret, & Dei mandatis obediret: *Quia invi- sibilem tamquam videns sustinuit.* Perversum quippe terræ principem quasi non vidit, quem ab oculis sui cordis abjectit. Regem verò invisibilem tamquam videns sustinuit, quia ab ejus timoris intuitu, mentis oculos non deflectit. Sancta itaque Ecclesia in magnis tunc tribulationibus deprehensa, cùm multos à Deo conspicit prava cogitatione discedere, vi- det profecto mentis corum habitaculum discedente Deo vacuum remanere, & jure deplorans, dicit: *[Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.]* Quibus verbis non immerdit etiam simulatio reli- gionis plangit: quia nonnulli etiam nunc Chri- stiani esse non appetunt, sed videri. His videlicet D Deus in publico est, non in secreto. Sed sancta Ec- clesia Deum in secreto habere desiderat: quia illos verè fideles respicit, quos ad fiduci vitam corde pleno permanere cognoscit. Quæ juxta exteriorem quoque vigoris sui restitudinem dicit: *[Quando erat Omnipotens meum, & in circuitu meo pueri mei.]* Pueri scilicet vocantur, qui celestibus mandatis inserviunt. Unde per Prophetam Dominus dicit: *Ecc. 8. 8. d. Ecce ego & pueri mei quos mibi dedit Deus.* Et rur- sum in Evangelio: *Pueri, numquid pulmentarium ha- betis?* Nunc ergo in circuitu ejus sunt pueri: quia in cunctis fere gentibus reperiuntur, qui cælestia man- data custodiunt, & spiritualis disciplina regulis obse- quuntur. Qui profecto tunc ad obsequium pueri deerunt, quando pravi, qui reperti fuerint, spirali- cia ejus mandata contemnunt. Sequitur.

Quod tunc Ecclesia pedes prædicatorum butyro lava- bat, cùm beatorum operum pinguedine, & obe- dientia adipe collectum de gloria prædicationis pul- verem eis detergebat.

CAPUT X.

Quando lavabam pedes meos butyro.] Quia Christum & Ecclesiam unam esse personam crebro jam diximus, illum videlicet hujus corporis caput, hanc autem illius capitii corpus: alter haec verba juxta vocem capitii accipi, atque aliter juxta vocem corporis debent. Quos ergo pedes Domini, nisi san- S. Greg. Tom. I.

tos prædicatores accipimus? De quibus dicit: *Et Levitis ambulabo in eis.* Butyro ergo pedes lavantur: quia ^a prædicatores sancti bonorum operum pinguedine repletur. Etenim, ut suprà iam diximus, vix ipsa prædicatio sine aliquo transitu admisso. Nam quilibet prædicans, aut ad quantulamcumque indignationem trahitur, si contemnitur: aut ad quantulamcumque gloriam, si ab audiencibus veneratur. Unde & Apostolis pedes loti sunt, ut à quamlibet parvo contagio in ipsa prædicatione contracto, quasi à quadam itineri collecto pulvere mundarentur. Et beatus Jacobus dicit: *Nolite plures magistri fieri, fra- 1acob. 3. tres mei.* Et paulo post: *In multis enim offendimus omnes.* Pedes ergo lavantur butyro: quia pinguedine boni operis infunditur atque mundatur collectus pulvis de gloria prædicationis. Vel certe butyro pedes lavantur, dum sanctis prædicatoribus debita ab audiencibus stipendia conferuntur, & quos fatigat injunctus prædicationis labor, exhibita à discipulis pinguedi boni operis fovert: non quod ideo prædicent ut alantur, sed ideo alantur ut prædicent: id est, ut prædicare subsistant, non ut in intentionem su- mendi vietus transcat actio prædicatoris, sed ad utilitatem prædicationis defervant ministeria su- stentationis. Unde à bonis prædicatoribus non cau- sa vietus prædictio impenditur, sed causâ prædica- tionis accipitur vietus. Et quoties prædicantibus necessaria ab audiencibus conferuntur, non solent de rerum munere, sed de conferentium gaudere mercede. Unde per Paulum dicitur: *Non quero da- 1Phi. 4. 6. tum, sed requiro fructum.* Datum quippe, est res ipsa quæ impenditur: fructus verò dati est, si benigna mente futura mercede studio aliquid impendatur. Ergo datum in re accipimus, fructum in corde. Et quia discipulorum suorum Apostolus mercede potius quam munere pascebatur, nequaquam datum, sed fructum se querere fatetur. Unde & subdidit protinus, dicens: *Habeo autem omnia, & abundo.* ^b Butyro ergo lavantur pedes, cùm prædicatores sancti, ut diximus, ipsa prædicatione fatigari, auditio- rum suorum bonis operibus foventur. Fessos namque pedes butyro unixerat ille, qui audiebat: *Vise- 1Phi. 4. 6. ra sanctorum requireverunt per te, frater.* Hoc butyro unctus fuerat pes, qui in catena tenebatur, dicens: *Dei misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia 2. Tim. 1. 17. se me refrigeravit, & catenam meam non erubuit.* Si ergo ex voce capitii hæc verba pensamus, rectè pedes, sicut dictum est, prædicatores accipimus. Si autem sentire ista ex voce solius corporis debemus, nimur pedes Ecclesie sunt inferiorum operum ministri: qui dum ad usus necessarios ea quæ sunt exteriùs, exercent, per extrellum ministerium velut pedes terra inhærent. Sed debent hi qui præsunt, qui doctrinæ studio invigilant, solerti cura occupatorum corda requiri, cisque eam quam ipsi va- gantur percepunt, crebre admonitionis voce, infusio- nem pinguedinis ministrare. Nam quia in uno cor- pore invicem pro se membra sollicita sunt, sicut illo- rum ministerii nostra extrema fulciuntur, ita necesse est ut nostris studiis illorum interiora repleantur. Quando igitur sancti doctores quibusdam ad extra- na ministeria deditis,unctionem Dominicæ incarnationis prædicant, butyro eloquij pedes lavant. Solent etiam pedes ipsa itineris asperitate lacerari. Un- de & omnino difficile est in terrenis actionibus hu- jus vitæ iter agere, & nulla ex labore itineris vulnera sustinere. Cum ergo vigilantes præpositi, auditores suis curis exterioribus intentos ad cor revocant, ut quæ inter ipsa licita opera admiserint mala cognos- cant, & quæ cognoverint, defleant, pedes butyro lavant: quia eorum vulneribus, penitentia angue- ta subministrant. Reminiscatur igitur tunc Ecclesia vehementer afflita, quomodo pacis suæ tempore per exhortationis verbum, membra in se etiam ex- trema mundabat, & dicat: *[Quando lavabam*

N.B.

pedes meos butyro.] Quod de beato Job admirabiliter libet intueri, qui inter tot curas rerum, inter tot affectus pignorum, inter tot studia sacrificiorum, subjectis suis quamlibet extremis, bona sequentis vite prædicabat: ut eos de cœlestibus imbuaret, qui sibi ad terrena opera deseruirent. Quid ad hac nos Episcopi dicimus, qui commissis nobis verbum vite impendere non curamus, quando conjugatum virum prohibere non valuit à butyro prædicationis vel secularis habitus, vel magnæ occupatio facultatis?

Quod petra rivos olei fundebat, cum corda discipolorum spiritus sancti unitione Christus implevit.

CAPUT XI.

SE d servata veritatem historiæ, ad sanctæ Ecclesiæ jam verba redeamus, quæ per beatum Job, id est, per os membris sui loquitur, quanta sint quæ tempore extremo patiuntur, cùm transactorum suorum reminiscitur, cùm per eam videlicet verbi pinguedinem operantium vita lavaretur. Quæ ipsam quoque prædictorum suorum vigilantiam plenius exequens, subdit: [*Et petra fundebat mihi rivos olei.*] Quia petra nomine Christus accipitur, prædictor egregius fatetur, dicens: *Petra autem erat Christus.* Quia videlicet petra nunc ad usum sanctæ Ecclesiæ olei rivos fundit: quia in ea loquens Dominus, prædictamenta unctionis intimæ emanat. De hac petra olei rivos exxit, liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, & liber Joannis. In diversis hujus mundi partibus quot prædicamenta edidit, tot petra hæc per ora Apostolorum omnium olei rivos fudit. Toties adhuc de petra hac olci rivos funditur, quoties à sancto Spiritu unigenitis mentibus auditorum, ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt, explanantur. Et rivi vocantur olei: quia currunt & ungunt. In quibus quisquis tingitur, quisquis ungitur, interiorius impinguatur. De qua nimis pinguedine Psalmista ait: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Potest nomine olei, ipsa sancti Spiritus unicò designari, de qua per Prophetam dicitur: *Computrescit jugum à facie olei.* Jugum quippe à facie olei computrescit, quia dum sancti Spiritus gratia ungimur, à captivitatibus nostræ servitutib[us] liberamur: dumque maligni spiritus dominatio superba repellitur, jugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premabantur. De hoc rufus oleo scriptum est: *Vinea facta est dilectio mea in cornu filio olei.* Filius quippe olei, fidelis populus dicitur, qui ad fidem Dei interna sancti Spiritus unctione generatur. Multis ergo tunc sancta Ecclesia tribulationibus depressa, dona Spiritus, & mira quæ nunc habet prædicamenta, ad memoriam revocet, & suum silentium deploret, dicens: [*Petra fundebat mihi rivos olei.*] Quibus verbis congruè subjicit: [*Quando procedebat ad portam civitatis, & in platea parabant mihi cathedram. Videbant me juvenes, & abscondebantur: & senes assurgentib[us] stabant.*] Principes cessabant loqui, & digitum superponabant ori suo. Vocem suam cohiebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebant.] Qui hoc loco alij duces intelligi vel principes possint, nisi hereticæ pravitatis auctores? De quibus per Psalmistam dicitur: *Effusa est contentio super principes eorum, & seduxerunt eos in invio, & non in via.* Ipsi etenim dum dispensationem Dei perverse interpretari non metuunt, profecto plebes subditas non in eam viam quæ Christus est, sed in invium trahunt. Super quos rectè quoque effusa cōtentio dicitur: quia suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in divinitate suscipiens, tres etiam deos credit. Quem contra Sabellium unum Deum suscipiens, unum crederit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis sua tramitem indeclinabiliter tenens, & unum Deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, & tres personas asserens, unum Deum contra Arium confitetur. Quia autem in sacro eloquio Manichæus virginitatem laudari comperit, conjugia damnavit. At contra Jovinianus quia concedi conjugia cognovit, virginitatis munditiam despexit. Unde fit, ut semper hereticis perversa intelligentia confusa, vicissim sibi eorum nequitia

Sion speculatio dicitur, portas Sion, actiones bonas accipimus, per quas supernam patriam ingredimur, ut Regis nostri gloriam contemplemur. Quid vero per cathedram, nisi magisterij auctoritas designatur? Græca autem lingua platea pro latitudine dicitur. Nunc ergo sancta Ecclesia ad civitatis portam procedit, quia ut aditum cœlestis regni percipiat, in sanctis se actionibus exerit. Cui in platea paratur cathedra, quia in magna auctoritatis latitudine sui magisterij exhibet libertatem. Quæ enim recta quæ sentit, publica voce prædicat, quasi in platea super cathedram sedet, cùm nullum de sua prædicatione metuit, nullius preffa terroribus, se sub silentio abscondit. An non in publico ad docendum præsidet, quam simul & sentiendi veritas, & docendi potestas fulcit? Sed cùm ad portam procederet, & in platea super cathedram sedet, quid à levibus, quid à gravibus ageretur, adjungit dicens: [*Videbant me juvenes, & abscondebantur: & senes assurgentib[us] stabant.*] Si historia intendimus; quæ dixit credimus: si allegoriæ, quæ prædicti videamus. Juvenes namque dici solent qui nulla consilij gravitate fulciuntur. Senes vero non eos Scriptura sacra vocare consuevit, qui sola quantitate temporum, sed morum granditatem maturi sunt. Unde per quendam sapientem dicitur: *Seneclus enim venerabilis est, non diuina, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & xas senecluis vita immaculata.* Unde re-

B è quoque Dominus ad Moysen dicit: *Congrega numeri septuaginta viros de senioribus Israhel, quos tu nosci quod senes populi sunt. In quibus quid aliud quam senectus cordis requiritur, cùm tales jubentur eligi, qui senes esse sciuntur?* Si enim senectus in eis corporis quereretur, à tantis sciri poterant, à quantis videri. Dum vero dicitur: *Quos tu nosci quod senes populi sunt; profecto liquet, quia senectus mentis, non corporis eligenda nuntiatur.*

C Sanctam ergo Ecclesiam vident nunc juvenes, & absconduntur, senes vero ei assurgentib[us] afflunt: quia vigorem ejus atque redditum immaturi formidant, granditæ glorificant. Leves quique fugiunt, graves vero atque perfecti hanc vitam sua meritis assurgendo venerantur. Disciplinam quippe illius perfecti i diligent, imperfecti reprehendunt. Vident ergo hanc juvenes & absconduntur, quia reprehendi in suis occultis actionibus metunt. Senes vero assurgentib[us] stant, quia perfecti qui que ex humilitate indicant, quantum in bona operatione profecerunt. Sed quia hæc de suis loquitur, narret quoque qualiter ab exercitis timeatur. [*Principes cessabant loqui, & digitum superponabant ori suo. Vocem suam cohiebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebant.*] Qui hoc loco alij duces intelligi vel principes possint, nisi hereticæ pravitatis auctores? De quibus per Psalmistam dicitur: *Effusa est contentio super principes eorum, & seduxerunt eos in invio, & non in via.* Ipsi etenim dum dispensationem Dei perverse interpretari non metuunt, profecto plebes subditas non in eam viam quæ Christus est, sed in invium trahunt. Super quos rectè quoque effusa cōtentio dicitur: quia suis sibi vicissim allegationibus contradicunt. Arius quippe tres personas in

D divinitate suscipiens, tres etiam deos credit. Quem contra Sabellium unum Deum suscipiens, unum crederit esse personam. Inter quos sancta Ecclesia rectum prædicationis sua tramitem indeclinabiliter

E tenens, & unum Deum prædicans, tres personas contra Sabellium asserit, & tres personas asserens, unum Deum contra Arium confitetur. Quia autem in

f sacro eloquio Manichæus virginitatem laudari comperit, conjugia damnavit. At contra Jovinianus quia concedi conjugia cognovit, virginitatis munditiam despexit. Unde fit, ut semper hereticis perversa intelligentia confusa, vicissim sibi eorum nequitia

& in culpa concordet, & in sententia discrepet. At A contra sancta Ecclesia per medias utrarumque partium lites, ordinata pace graditut: & sic scit superiore bona suscipere, ut noverit etiam inferiora vernerari, quatenus nec summa æquor infinitis, nec rursum imo despiciat, cum summa veneratur. Nunc ergo haereticarum plebi principes, auctoritatem sanctæ Ecclesiæ perpendentes cessant loqui, & quasi ori suo digitum superponunt, dum falsis querelis non ratione vocis se reprimi, sed virtutis manu significant. Vocem suam duces cohident; quia nimis hi, qui post se errantes populos trahere conantur, ne loqui perversa nunc audeant, & auctoritatis frænatur pondere, & virtute rationis. Quorum lingua suo gutturi adhæret; quia eti perversa loqui libera voce non audeant, intus tamen apud se congregunt cuncta, quæ contra veram fidem proponere falsa moluntur. Horum ergo temporum, sequenti tribulatione reprehensa, reminiscens Ecclesia deplorat, dicens: [Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mibi. Videbant me juvenes, & abscondebantur: & senes affligerent secesserant loqui, & digium superponebant ori suo. Vocem suam duces cohabant, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.] Ac si aperit dicat: Cùm prædicare mihi voce publicalicut, omnis me qui veritati non fuit subiectus, expavit. Illo namque tempore cùm sancta Ecclesia adverstare premitur, pravis quibusque prædictoris licentia locutionis datur. Quod longè antè Hieremias inveniens, ait: Sed & lamia nudaverunt mammam, la-
t. 4.4. & avenerunt catulos suos. Quid namque lamias, nisi haereticos appellant, humanam quidem faciem, sed belluina per impietatem corda geftantes? Qui tunc mammam nudant, cùm errorem suum liberè prædicant. Tunc catulos lactant, quia male sequaces parvolorum animas dum perversa insinuant, ad impietatem nutriendo confirmant. Sequitur.

Quod rectoribus Ecclesiæ summopere attendendum est, quod in disciplina rigore mansueti sint.

CAPUT XII.

Avis audiens beatificabat me, & oculus videns testimoniorum reddebat mibi.] Dum beatificari se ab audiencibus, sibique testimonium reddi à videntibus fatur, beatus Job qualis in sermone, qualis in opere fuerit, ostenditur. Neque enim aut in opere jam perfectus est, cui adhuc lingua pravitas contradicit: aut in sermone laudabilis, qui hoc quod loquitur, opere non ostendit. Ut igitur beatus Job amicorum suorum increpationibus exactus, utraque se habuisse perhibeat, scilicet & audiencibus & videntibus venerationi fuisse manifestat. Quod si ad vocem sanctæ Ecclesiæ referamus, ille ejus verba beatificat, qui ea quæ audierit, opere confummat. Ille ei testimonium reddit, qui exemplis vita illi bene vivendo responderet. Sanctam etenim Ecclesiam ille veraciter videt, cuius testatur vita, quia videt. Ad hoc namque bonorum intra eam reütudo certatur, ut quique hanc viderint, à suis pravitibus corrigantur. Necdum ergo intra sanctam Ecclesiam videt bonos, qui non est emendatus à malis. Sed unde ei testimonium reddat, ostenditur cùm subjungit: [Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillam cui non erat adjutor. Benedictio peritura super me veniebat, & cor vidua consolatus sum] Magnæ misericordiae ista sunt opera, liberare vociferantem pauperem, pupillo adjutorium ministrare, peritum eripere, cor viduae consolari. Superius enim dictum est quid exhibuit per doctrinam. Ait namque: [Avis audiens beatificabat me.] Nunc autem narrat quæ per misericordiam impedit, dicens: [Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillam cui non erat adjutor.] Vox quippe cum opere sibi necessariò concordat. Hæc beatus Job & exhibuit subditis, & tamen per sanctam Ecclesiam exhibenda signavit. Quæ utrumque nunc incessanter exercet, ut videlicet filios suos & loquendo pacat, & defendendo protegat, quatenus & per verba bonos satiet, & per patrocinia tueatur a malis. Bene autem scriptum est: Gen. i. 8 minet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum fructiferum faciens fructum juxta genus suum. Quod sic est veraciter factum, ut significaret * alia faciendum. Per terram quippe figuratur Ecclesia, * alia que & verbis nos pabulo reficit, & patrocinij umbra custodit; quæ & loquendo pacit, & optulando progegit: ut non solum herbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis, arborem protectionis. Perpendendum quoque video his qui plebium gubernationibus præfunt, quod superius dicens: [Videbant me juvenes, & abscondebantur;] nunc adstruit: [Cor vidua consolatus sum.] Quanta disciplina regiminis, ut ante eum juvenes abscondantur; quanta mansuetudo pietatis, ut per eum viduarum corda conforcentur. Sunt namque non nulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti jura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplina vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine distinctionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurecant, cùm contumaces corrugant; nec discipline vigorem molliant, cùm infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplina vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornnet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, ut nœ vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissipata. Hæc autem quæ suprà diximus pietatis opera, sancta Ecclesia & corporaliter exhibet, & spiritualiter exhibere non cessat. Nam pauperem vociferantem liberat, cùm peccatori veniam deprecanti, eas quas commiserat culpas, relaxat. De talibus quippe pauperibus dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Matt. 5. 5 calorum. Et talium pauperum clamor est Psalmista a voce dicentium: Ciro nos anticipet misericordia tua, pf. 78. 6 quia pauperes facti sumus nimis. Pupillum vero cui non est adjutor liberat, dum unaquisque mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctæ Ecclesiæ sinum curvens, in ea exhortationis adjutorium invenit, qui jam desideria mundi persequens fugit. Potest pupilli nomine, fidelis quisque etiam propter mortem boni patris intelligi: cuius ad tempus visione defitus est, quamvis solatio defitus non est. Benedictio etiam perituri super eam venit, cùm peccatoris interitum prevenit, & cùm sanctis exhortationibus à culpa forve reducit. Unde scriptum est: Qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, sal- 1. cob. 1. 2. vabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem a peccatorum. Si enim magna mercedis est à morte eripere carnem quandoque moritaram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine vieturam? Cor autem viduae consolatur, E dum fidelis cuique animæ qui æternas Domini retributions narrat, quasi viri sui bona ad memoriam revocat. Cui quia spiritualiter anima juncta est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctæ Ecclesiæ vocibus ex ejus resurrectione refovetur. Magnam ergo consolationem cor viduae suscipit, quando fidelis anima in verbis Ecclesiæ de adventu illius aliquid, cui spiritualiter est conjuncta, cognoscit. Sequitur: [Instituta indutus sum, & vestivi me sicut vestimento] Vestimento utique cùm vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo justitia sicut vestimento vellitur, qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis sue peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis

S. Greg. Tom. I.

N 17

ferantem, & pupillam cui non erat adjutor.] Vox quippe cum opere sibi necessariò concordat. Hæc beatus Job & exhibuit subditis, & tamen per sanctam Ecclesiam exhibenda signavit. Quæ utrumque nunc incessanter exercet, ut videlicet filios suos & loquendo pacat, & defendendo protegat, quatenus & per verba bonos satiet, & per patrocinia tueatur a malis. Bene autem scriptum est: Gen. i. 8 minet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum fructiferum faciens fructum juxta genus suum. Quod sic est veraciter factum, ut significaret * alia faciendum. Per terram quippe figuratur Ecclesia, * alia que & verbis nos pabulo reficit, & patrocinij umbra custodit; quæ & loquendo pacit, & optulando progegit: ut non solum herbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis, arborem protectionis. Perpendendum quoque video his qui plebium gubernationibus præfunt, quod superius dicens: [Videbant me juvenes, & abscondebantur;] nunc adstruit: [Cor vidua consolatus sum.] Quanta disciplina regiminis, ut ante eum juvenes abscondantur; quanta mansuetudo pietatis, ut per eum viduarum corda conforcentur. Sunt namque non nulli ita districti, ut omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, ut perdant districti jura regiminis. Unde cunctis rectoribus utraque summopere sunt tenenda, ut nec in disciplina vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum in mansuetudine distinctionem deserant disciplinæ: quatenus nec à compassione pietatis obdurecant, cùm contumaces corrugant; nec discipline vigorem molliant, cùm infirmorum animos consolantur. Regat ergo disciplina vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornnet vigorem, & sic alterum commendetur ex altero, ut nœ vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissipata. Hæc autem quæ suprà diximus pietatis opera, sancta Ecclesia & corporaliter exhibet, & spiritualiter exhibere non cessat. Nam pauperem vociferantem liberat, cùm peccatori veniam deprecanti, eas quas commiserat culpas, relaxat. De talibus quippe pauperibus dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Matt. 5. 5 calorum. Et talium pauperum clamor est Psalmista a voce dicentium: Ciro nos anticipet misericordia tua, pf. 78. 6 quia pauperes facti sumus nimis. Pupillum vero cui non est adjutor liberat, dum unaquisque mortuo antiquo patre diabolo, ad sanctæ Ecclesiæ sinum curvens, in ea exhortationis adjutorium invenit, qui jam desideria mundi persequens fugit. Potest pupilli nomine, fidelis quisque etiam propter mortem boni patris intelligi: cuius ad tempus visione defitus est, quamvis solatio defitus non est. Benedictio etiam perituri super eam venit, cùm peccatoris interitum prevenit, & cùm sanctis exhortationibus à culpa forve reducit. Unde scriptum est: Qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, sal- 1. cob. 1. 2. vabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem a peccatorum. Si enim magna mercedis est à morte eripere carnem quandoque moritaram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine vieturam? Cor autem viduae consolatur, E dum fidelis cuique animæ qui æternas Domini retributions narrat, quasi viri sui bona ad memoriam revocat. Cui quia spiritualiter anima juncta est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctæ Ecclesiæ vocibus ex ejus resurrectione refovetur. Magnam ergo consolationem cor viduae suscipit, quando fidelis anima in verbis Ecclesiæ de adventu illius aliquid, cui spiritualiter est conjuncta, cognoscit. Sequitur: [Instituta indutus sum, & vestivi me sicut vestimento] Vestimento utique cùm vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo justitia sicut vestimento vellitur, qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis sue peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis

Diph. 453
cap.
Sunt
nāque

Quo dicitur: [Qui converti fecerit peccatorem ab errore via sua, sal- 1. cob. 1. 2. vabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem a peccatorum. Si enim magna mercedis est à morte eripere carnem quandoque moritaram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine vieturam? Cor autem viduae consolatur, E dum fidelis cuique animæ qui æternas Domini retributions narrat, quasi viri sui bona ad memoriam revocat. Cui quia spiritualiter anima juncta est, eo mortuo vidua dicitur, sed sanctæ Ecclesiæ vocibus ex ejus resurrectione refovetur. Magnam ergo consolationem cor viduae suscipit, quando fidelis anima in verbis Ecclesiæ de adventu illius aliquid, cui spiritualiter est conjuncta, cognoscit. Sequitur: [Instituta indutus sum, & vestivi me sicut vestimento] Vestimento utique cùm vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo justitia sicut vestimento vellitur, qui se undique bono opere protegit, & nullam partem actionis sue peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus justus est, in aliis

injustus; quasi hoc latus cooperuit, illud nudavit, A nec jam bona sunt opera quæ subortis aliis pravis operibus inquinantur. Hinc enim per Salomonem dicitur: *Qui in uno offendit, multa bona perdet.* Hinc Jacobus dicit: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Quan videlicet sententiam suam ipse diligenter expositus, cum subjunxit: *Qui enim dixit, Non mactaberis, dixit &, Non occides.* *Quod si non mactaberis, occidas autem, factus es transgressor legis.* Cordis ergo oculis circumquaque porrectis, undique nobis adhibendae custodia est. Unde rectè quoque per Salomonem dicitur: *Omnis custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Dicitur enim custodia, præmisit omni, ut videlicet unusquisque hinc inde se diligenter inspiciat, & quamdiu in hac vita est, contra spiritales inimicos in acie se positum sciat, ne mercedem quam per has actiones colligit, per alias amittat, ne hinc hosti fore obfruat, & aliunde aditum pandat. Si qua etenim civitas contra infidiles inimicos magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, ex omni parte infomni minatur custodia, unum verò in ea foramen tantummodo immunitum per negligunt rem linquatur; inde proculdubio hostis ingreditur, qui undique exclusus videbatur. Pharisæus namque ille, qui in templum oratus ascendit, civitatem mentis sua quanta munitione vallaverit, audiamus: *Iejunio, inquit, bis in sabbato, decimas do omnium quæ possumus.* Qui præmisit: *Gratias ago tibi, magna certe munimina adhibuit.* Sed videamus ubi infideli hosti immunitum foramen reliquit: *Quia non sum C fons publicanus iste.* Ecce civitatem cordis sui infidilibus hostibus per elationem aperuit, quam frustra per jejunium & elemosynas clausit. Incassum munera sunt cetera, cum locus unus, de quo hosti patet aditus, munitus non est. Gratias rectè egit, sed perversè se super publicanum exultit. Civitatem cordis sui extollendo prodidit, quam abstinendo & largiendo servavit. Vieta est per abstinentiam gula, destructa ventris ingluvies, superata est largitate tenacia, avaritia depressa. Quibus hoc laboribus actum credimus? Sed ò quorū labores uno virtio percussi ceciderunt, quanta bona unius culpa gladio sunt perempta! Unde magnopere oportet & bona semper agere, & ab ipsis nos bonis operibus cautè in cogitatione custodiare: ne si mentelevant, bona non sint, quæ non auctori militant, sed elationi.

Quod qui virtua superant, cum de victoria sua superbunt, ipso hoste super seruente intereunt.

CAPUT XIII.

Dé qua re non inordinate agimus, si ex libris, licet non canonicis, sed tamē ad ædificationem Ecclesiæ editis, testimonium proferamus. Eleazar namque in prælio elephantem feriens stravit, sed sub ipso quem extinxit, occubuit. Quos ergo iste significat quem sua victoria opprescit, nisi eos qui virtus superant, sed sub ipsa quæ subigunt, superbendo succumbunt? Quia enim sub hoste quem profernit, moritur, qui de culpa quam superat elevatur. Pensandum ergo magnopere est, quia bona prodesse nequeunt, si mala quæ subrepunt, non cavenatur. Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur. Unde bene quoque de ipso primo parente dicitur: *Pofuit eum Dominus in paradiſo voluptatis, ut operareetur & enſiboderet.* Operatur quippe, qui agit bonum quod præcipitur: sed quod operatus fuerit non custodit, cui hoc subrepit quod prohibetur. Beatus igitur Job quia ex omni parte bono se opere texerat, dicat: [*Inſtitia induitus sum, & roſivi me ſicut vestimento.*] Ubi protinus sub-

ditur: [*Et diademate, iudicio meo.*] Justorum iudicia rectè diademati comparantur: quia per magni operis gloriam, ad retributionis ducunt coronam. Quæ nimurum iudicia secum quotidiæ introrsus agunt: quid Deo, quid proximo debeant, solerter alpicunt, atque ad agenda bona ſe vehementer accidunt, & de perpetratis malis districtè redargunt. Unde bene quoque per Salomonem dicitur: *Cogitationes iustorum iudicia.* Iusti quippe ab omni strepitu ſeculari ad corda ſua redeunt, ibique ascendent tribunal mentis, atque ante oculos ſe & proximum statuunt, & deducunt ad medium regulam testamenti, quæ dicitur: *Quo vultis ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Transferunt in ſe per ſonam proximi, & ſollicitè attendunt, quid ſibi hi ita effent, fieri vel non fieri iuste voluſent: ſicque districto jure atque iudicio cauſam ſuam & proximi juxta tabulas divinae legis in foro cordis examinant. Bene ergo dicitur: *Cogitationes iustorum iudicia:* quia ipfe eorum intimus motus cordis, quæ quædam libra eſt judicaria potestatis. Quibus peractis, quia retributionem inferius non requirunt, rectè eorum iudicia diademati comparantur. Diadema quippe in ſuperiori parte corporis ponit. Iustorum ergo iudicium diadema dicitur, quia per hoc non in terrenis & infimis, ſed ſursum remunerari concupiſcent. Sequitur.

Quod in proferenda ſententia nihil perperam agendum ſit, ne qualibet temere dicta indiſcissa reddamus.

CAPUT XIV.

Oculus fuī caco, & pes claudio. Pater eram pauperum: & eauſam quam neſciebam, diligenter inveſtigabam. Inter hæc lectoris animus forſitan querat, cur beatus Job ſuas tam ſubtiliter virtutes enumeret. Sanctorum quippe virorum eſt, bona quæ fecerint occultare, ne contingat eos lapsum elationis incurare. Unde per ſemetiplam Veritas dicit: *Attendite ne iuſtitiam vestrā faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.* Hinc eſt, etiam, quod duos cacos iuxta viam ſedentes illuminans, præcepit dicens: *Videte ne quis ſciat.* De quibus illico ſcriptum eſt; quia illi abeunt diffamaverunt eum per totam terram illam. Sed querendū nobis eſt, quid fit hoc, quod ipſe Omnipotens, cui hoc eſt velle quod poſſe, & taceri virtutes suas voluit, & tamen ab his qui illuminati ſunt, quafi invitus indicatur: niſi quod ſervis ſuis ſe ſequentiibus exemplum dedit, ut ipſi quidem virtutes suas occultari diſiderent, & tamen, ut alij eorum exemplo proficiant, prodantur inviti: & facta quidem ſua occultando, ſeipſos custodian, ſed dum produntur inviti, bona ad proximos ſuos exempla tranmittant. Occultentur ergo studio, neceſſitate publicentur; & eorum occultatio ſit custodia propria, eorumque publicatio ſit utilitas altera. Rurum quia ſcriptum eſt: *N eque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt.* Sic luceat lux vestrā coram hominibus, ut videant opera vestrā bona, & glorificant Patrem vestrū qui in calis eſt. Aliquando sancti viri & coram hominibus compelluntur bona facere, aut eadem hominibus ſua facta narrare; ſed ad eum ſi nem omnia referentes, ut non ipſi eisdem operibus, ſed Pater eorum qui in calis eſt, debeat glorificari. Dum enim sancta prædicant, ipſa prædictio eorum fortasse despiciunt, quorum vita neſciatur. Compelluntur ergo vitam ſuam dicere, ut auditorum ſuorum valeant vitam mutare. Et facta ſua referunt, ut venerationi ſint: venerati appetunt, ut reverenter audiuntur. Scriptum quippe eſt: *Cum elevaretur animalia de terra, elevabantur pariter & rotæ:* quia videlicet cum auditorum mentes prædicantium

vitam suspiciunt, necessariò utique etiam vim prædicationis admirantur. Hinc est ergo quid prædicatores boni & honorem propter elationem fugiunt, & honorari tamen propter imitationem volunt. Sic nimurum Paulus Apostolus discipulis loquens, & honorem fugit, & tamen quantum esset honorandus, ostendit. Nam cum Thessalonicensibus diceret: *Neque enim aliquando sumus in sermone adulatio[n]is, sicut scitis, neque in occasione avaritia, Deus testis es, fecutus adjunxit: Neque querentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis, cum possimus oneri vobis esse ut Christi Apostoli, sed facti sumus parvuli in medio vestrum. Rursum Corinthii, honorem fugiens, dicit: Non enim nosmetip[s]os predicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Iesum Christum. Quos tamen videns falsorum Apostolorum persuasionibus à vera fidei tramite deviare, eis se summopere quantum esset venerandus, ostendit, dicens: In quo quis audet, in insipientia dico, andeo & ego, Hebrai sunt, & ego, Israëli sunt, & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. Ut minus sapiens dico, plus ego. Quibus etiam subjungit, quod ei quoque tertij cæli secreta patuerint, quod raptus etiam paradisi arcana penetrarit. Ecce honorem fugiens, servum se discipulorum prædicat. Ecce honorem pro utilitate audiencium querens, falsis Apostolis vita sua merita superponit. Egit quippe docto[r] egregius, ut dum ipse qualis esset agnoscerit, & vita & lingua male prædicantium, ejus comparatione visceret: illos videlicet commendaret, si se abscondebet, cumque se non ostenderet, errori locum deisset. Miro igitur modo & humilitatis exhibet gratiam, & utilitas quærit incrementa, ut & servum se discipulorum prædicet, & adversariis potiorem demonstret. Ostendit discipulis quid humilitatis accepit: ostendit adversariis quid sublimatus. Innotescit discipulis qualis apud se maneat in cogitatione: innotescit adversariis qualis foris appareat in operatione. Sancti ergo viri cum coguntur bona narrare qua faciunt, non elationi serviant, sed utilitati. Unde beatus Job amicis suis se injuste increpantibus, atque idcirco nescientibus bona sua, loquendo aperit: ut nimurum disserent, non contra ejus vitam increpantes erigi, sed hanc racentes imitari: quamvis, ut supra jam diximus, hunc ad memoriam facta sua reducere, invecta ab increpantibus desperatio compellebat. Nam inter tor dolores vulneris, & verba desperationis, cum bona qua fecit narrat, quasi collapsum verbis & verberibus ad spem animum reformat. Dicat ergo bona qua fecit, ut non cogatur inter tot mala de se desperare qua audit. [Oculus fui cæco, & pes clando.] Cùm sancti operis exempla pensamus, intuendum nobis prius est, quām rectus narrandi ordo servertur, ut antè justitiae, & p[ro]st[er]nunt[ur] misericordiæ opera describantur. Ille quippe bene agit quia pia sunt, qui scit prius servare quæ justa: ut collatus in proximos rivus misericordiæ, de justitiae fonte ducatur. Nam multi proximis quasi opera misericordiæ impendunt, sed injustitiae facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere student, sibi ipsi[us] prius debuerant justa vivendo misericordia. Unde scriptum est: *Miserere anima tua placent Deo. Qui ergo misereri vult proximo, à te trahat necesse est originem miserendi. Scriptum nam Deo 6. que est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quomodo ergo alteri misericendo pius est, qui adhuc injuste vivendo sit impius sibi meti? Unde per Ecli. 14. quendam sapientem dicitur: Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Ad exhibendam quippe misericordiam ut indigentibus plene exterius valeat impendi, duo sibi necessaria congruent, id est, homo qui præbeat, & res qua præbeat. Sed longè incom-**

A parabili[m] melior est homo, quam res. Qui itaque indigenti proximo exteriore substantiam præbet, sed vitam suam à nequiria non custodit, rem suam Deo tribuit, & se peccato. Hoc quod minus est, obtulit auctori, & hoc quod majus est, servavit ini[ust]itati. Bene itaque per beatum Job prius dicitur: *[In]stia indurus sum, & vesti[um] me sicut vestimento; & sicut diademate, iudicio meo.]* Ac deinde subiungitur: *[Oculus fui cæco, & pes clando.]* Quia tunc est apud Deum oblatio vera rectitudinis, cum de radice justitiae prodeunt rami pietatis. Sed quia in ipso misericordiæ opere plus soler apud internum judicem animus penitari quam factum, notandum quid cæco oculum fuisse se afferit, pedem clando. Hæc etenim dicens, profectò indicat, quia & illi per semetipsum manum præbuerat, & hunc portando sustinebat. Ex qua re colligitur, super egenos ac debiles quantum misericordia illius vicera fundebantur. Unde & subditur: *[Pater eram pauperum.]* Quæ videlicet verba si ad vocem sanctæ Ecclesiæ typica interpretatione referamus, ipsa est oculus cæco, quia per verbum lucet: ipsa pes clando, quia per adjutorium continet. Cœcos enim prædicando illuminat, claudos vero optulando sustentat. Cœcos quippe est, qui adhuc quod pergit, non videt: claudus autem est, qui non potest ire quod videt. Crebro namque peccatum aut ignorantia aut infirmitate perpetratur, ut vel neficiat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit possit. Quæ contrâ recte per Psalmistam dicitur: *Dominus & scientiam & virtutem præbet; & contra ignorantiam illuminatio, & contra infirmitatem salus vocatur. Hinc etiam de iniquis dicitur: Fiani via illorum tenebre, & lubricum: ut scilicet per tenebras quod ire debent non videant, qui eti[am] recte viderent, in cis tamen per lubricum stare non possent. Iti itaque per lubricum inter bona claudicant, illi per tenebras, quæ bona sequuntur ignorant. Sancta itaque Ecclesia extremis tribulatiōibus deprehensa, antiquorum reminiscitur temporum, quando & docendo illuminare consueverat, & adjuvando firmare, & præcedentis membris sui ore loquitur, dicens: *[Oculus fui cæco, & pes clando.]* Quæ quia duos in se populos collegit, Judaicum scilicet atque Gentilem, recte etiam potest cæco Gentilis, claudo autem Iudaicus populos designari. Gentilis quippe quasi oculos non habuit; quia non accepta lege non vidit quod ire debuisset. At contrâ Iudaicus habens oculos, claudus fuit; quia legem quidem sciendo tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit. Si enim Gentilis populus cœcus minimè fuisset, Propheta non diceret: *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, Rursum si Israëliticus populus à bono opero minimè claudicasset, nequam vox Domini Psalmista dixisset: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inverterati sunt, & claudicaverunt à semitis suis.* Qui nimurum populus claudus idcirco nominatur, qui sanum gressum in operatione non habuit, quippe qui utroque pede uti noluit, dum unum testamentum recepit, aliud sprevit. Quem cùm ad se venientem sancta Ecclesia suscipit, quia ei jam vetus tenenti, & novum Testamentum inferit, ad dirigidos gressus illius, quasi alterum pedem jungit. Qui fidelis sanctæ Ecclesiæ populus adhuc recte subjungit: *[Pater eram pauperum;]* quia videlicet humiles, qui pauperes spiritu dicti sunt, ex ejus prædicatione generantur. Sed oportet ut in his omnibus ipsa historia subtiliter verba pensemas. At enim: *[Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligenter inveniagbam.]* Plerumque enim multa homines pauperibus largiuntur, non quia eisdem pauperes diligunt, sed quia si minimè tribuant, iram judicis superni*

N n iij

formidant: qui si Deum non metuerent, quæ habent dare noluissent. Et quidem in bono opere primus incipientium gradus est, ut qui adhuc proximum sicut se nescit diligere, jam tamen incipiat judicia superna formidare. Quia igitur aliud est bonum opus ex præcepto, aliud vero etiam ex affectu facere; sanctus vir ut mentem nobis suæ operationis infinuet, dicat: [Pater eram pauperum.] Non enim patronum se, vel proximum, vel adjutorem pauperum, sed patrem fuisse testatur: quia nimis magno charitatis officio, studium misericordiae vertit in affectum naturæ ut eos quasi filios cerneret per amorem, quibus quasi pater præterat per protectionem. Quia igitur vis misericordia illius naturam fuerat imitata, patrem se pauperum fuisse commemorat. Ubi etiam subdit: [Et causam quam nesciebam, diligenter investigabam.] In quibus videlicet verbis penitentia sunt omnia quam distinetè narrantur, quod nulla ab eo merces prætermittitur. Justus quippe est in actionibus suis, plus in infirmitatibus proximorum, strenuus in negotiis pauperum. Qui enim æternæ retributionis bona cogitat, necesse est ut ad omnem se causam fecuturæ mercedis extendat. Hinc enim per Salomonem dicitur: Qui Deum timer, nihil negligit. Hinc etiam Paulus ait: Ad omne opus bonum parati. Sed inter hæc sciendum est, quia aliquando in actionibus nostris minora bona prætermittenda sunt pro utilitate majorum. Nam quis ignoret esse boni operis meritum, mortuum sepelire? & tamen cuidam, qui ad sepeliendum patrem se dimitti poposcerat, dictum est: Sine ut morui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia regnum Dei. Postponendum namque erat obsequium hujus ministerij officio prædicationis: quia illo carne mortuos in terram conderet, isto autem anima mortuos ad vitam resuscitaret. Per Prophetam quoque primis tibus synagoga dicitur: Quarite iudicium, subveniente oppreso. Et tamen Paulus Apostolus dicit: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Auditores etenim suos ad virtutem sapientia, ad linguarum genera, ad prophetia quaque indaganda mysteria succendebat, dicens: Aet. Cor. 12. mulamini spiritalia, magis autem ut prophetetis. Sed quia spiritalia dona non caperent, si terrena eos negotia depresso, longè ante præmisit, dicens: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ac si aperè dicat: Qui minoris meriti sunt in Ecclesia, & nullis magnorum donorum virtutibus pollent, ipsi de terrenis negotiis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt, bona minora suppleantur. Quos & contemptibiles nominat, & tamen sapientes vocat, cum dicit: Sic non est sapiens inter vos quisquam, qui posset iudicare inter fratrem suum? Quia ex re quid colligitur, nisi ut hi terrenas causas examinent, qui exteriorum rerum sapientiam percepunt? Qui autem spiritalibus donis ditati sunt, profecto terrenis non debent negotiis implicari; ut dum non coguntur inferiora bona disponere, exercitati valeant bonis superioribus describere. Sed curandum magnopere est, ut hi qui donis spiritalibus emicant, nequaque proximorum infirmantium negotia funditus deferant, sed hæc aliis quibus dignum est, tractanda committant. Unde Moyzes quoque ad populum viros profectuaginta constituit, ut quanto se ab exterioribus causis absconderet, tanto ardentiùs interna penetrarer. Sicque fit, ut summi viri magis ad spiritalia dona proficiant, dum eorum mentes res infinitæ non conculcent: & rursum viri in Ecclesia ultimi sine bono opere non vivant, dum in rebus exterioribus inveniunt reæ quæ agant. Sancta quippe Ecclesia sic consistit unitate fidelium, sicut corpus nostrum unitum est compage membrorum. Alia namque sunt membra in corpore quæ intuenda-

Eccle. 7. d
2. Tim. 2. d
Luc. 9. g
Esa. 1. e
1. Cor. 6. u
1. Cor. 12. u
1. Cor. 6. u
ibid. b
ibid. b

luci deserviunt, alia quæ à terreno actu minimè dis junguntur. Oculus quippe luci intenditur, & ne cœari valeat, à pulvere custoditur. Pes vero tunc suum officium rectè peragit, cùm suscipiendum terra pulverem non refugit. Quæ tamen corporis membra vicissim sibi sua officia impartiendo copulantur, ut pes oculis curat, & oculus pedi propiciat. Sic itaque sic sanctæ Ecclesiæ membra debent & officio esse distincta, & charitate conjuncta, ut summi viri eorum viam provideant, qui in terrenis negotiis vacant: quatenus velut ad lumen oculorum pes ambulet, & rursum quidquid terrenis negotiis implicati agunt, hoc ad majorum utilitatem referant, ut pes cuius via prospicitur, non sibi tantummodo, sed etiam oculis gradatur. Dum itaque sibi invicem alterna administratione convenienter, miro modo agitur, ut quia electi quique vicissim fibimet impendendo quod valent faciunt, eorum fiane opera etiam, quæ facere ipsi non possunt. Sed inter hæc sciendum est, quia cùm proximorum causis exterioribus qui aptè deserviant, desunt, debent hi quoque qui spiritualibus donis pleni sunt, eorum infinitati condescendere, terrenisque illorum necessitatibus in quantum decenter valeant, charitatis condescensione servire. Nec tñdere animum debet, si sensus ejus contemplationi spirituum semper intentus, aliquando dispensandis rebus minimis quasi minoratus inflectitur, quando illud Verbum per quod constant omnia creata, ut prodesset hominibus, assumpta humanitate voluit pauperrimus ab Angelis minorari. Quid ergo mirum si homo se propter hominem attrahit, dum creator hominum & Angelorum, formam hominis propter hominem suscepit? Nec tamen minoratur sensus cùm sic attrahitur: quia tantò subtilius superiora penetrat, quanto humilius pro amore conditoris nec inferiora contemnit. Quid indignum nobis vel difficile est, si supra infraque animumducimus, qui eadem manu corporis lavamus faciem, qua etiam calcemus pedem? Beatus igitur Job quia cùm magna ageret, minima non delpxit, dicit: [Et causam quam nesciebam, diligenter in vestigabam.] Quia in re notandum video, ne ad profundam sententiam umquam præcipites esse debeamus, ne temerè indiscussa judicemus, ne querilibet mala auditia nos moveant, ne passim dicta sine probatione credamus. Quod profectò perpetrare pertimescimus, si auctoris nostri subtilius facta pensamus. Ipse quippe ut nos à præcipitata sententia prolatione compesceret, cùm omnia nuda & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit auditia judicare, qui ait: Clamor Sodomorum Gen. 18. & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis: descendam videbo utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint; an non est ita, ut sciam. Omnipotens itaque Dominus & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitas, nisi ut gravitatis nobis exemplum proponas, ne mala hominum ante præsumamus credere, quæm probare? Ecce per Angelos ad cognoscendam mala descendit, moxque facinorosos percutit: atque ille patiens, ille mitis, ille de quo scriptum est: Tu autem Domine cum tranquillitate judicas; ille de quo scriptum est rursum: Dominus patiens & redditor; in tanto crimen involutos inveniens, Eccle. 5. quasi patientiam prætermisit, & diem extremi iudicij expectare ad vindictam noluit, sed eos igne judicij ante iudicij diem prævenit. Ecce malum quasi cum difficultate creditur cùm audivit, & tamen sine tarditate percussit, cùm verum cognoscendo reperit: ut nobis videlicet daret exemplum, quod majora crimina & tardè credenda sunt cùm audiuntur, & citius punienda sunt cùm veraciter agnoscantur. Hujus ergo diligentia beatus Job sollicitudinem gerens, ait: [Et causam quam nescie-

2.9.1. c.
Deus...
omnipotens.
Gen. 18.
Eccle. 5.
ibid. 12.

5. Universitätsbibliothek Paderborn

bam, diligentissimè investigabam.] Quæ scilicet verba etiam per vocem Ecclesie ad interpretationem typicam possumus non inconvenienter referre. Ipsa quippe per electos suos cum mala carnalium iudicat, hoc quod nescit, investigat: quia mala quæ nescit operando, investigar per judicium corrigendo. Sancta itaque Ecclesia cum injutorum fuerit ad tempus improbitate compressa, reminiscitur dicens: [Causam quam nesciebam, diligentissimè investigabam.] Ac si aperte dicat: Mala qua in electis meis agendo non noveram, in iniquis hominibus districte judicando plebebam. Et quia nunc virtute prædicationis fux diabolum conterit, atque ex ejus ore uniuscujusque quem suspicit, animam rapit, sequitur dicens.

Quod dentibus diaboli prædam eripit, qui ab errore vel malitia aliquem predican- do converrit.

CAPUT XV.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.] O qualem de ore diaboli prædam tulit, quando ipsum raptorem Saulum convertendo rapuit, quando adhuc spirans minarum, acceptis epistolis pergebat Damascum, & dum persequendo fideles, congregaret * plebem diabolo, cognoscendo fidem ipse aggregatus est Christo. Toties ex iniqui dentibus Ecclesia prædam tulit, quoties ex erroris mortuæ animam prædicando diripuit. Quis namque iniquus verius dici potest, quam diabolus? Cujus molas conterimus, quoties differendo contra ejus insidias, occulta illius machinamenta monstramus: ac sic de ejus dentibus prædam tollimus, quia mentem quam jam ad peccatum frangendo momorderat, ad salutem vita convertendo revocamus. Per molas quippe occultæ ejus insidiae, per dentes vero aperta jam culpe perpetratio demonstratur. De quibus nimis molis ac dentibus per Psalmam scriptum est:

*D*eus vero conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus. Sed sanctus vir ante se asserit molas conterere, ut post de dentibus illius prædam portuisset auferre: quia tunc veraciter prædam de ejus dentibus tollimus, cum prius molas illius conterere scimus. Prius enim necesse est occulta consiliorum illius machinamenta prodere, ut auditoris nostri animam valeam postmodum ab aperto lapso revocare. Hujus iniqui molas ipse sumimus pastor Ecclesie prædicando conterebat, cum diceret: Sobri effete & vigilare, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem devoret, cui resistite fortes in fine. Contra hunc leonem sancta Ecclesia, quia ejus insidias conspicit, fidei caulas munit. Cujus toties molas frangit, quoties haereticorum argumenta destruit: totiesque ab ejus dentibus prædam diripit, quoties ab errore quempiam prædicando convertit. Et quia plerique justorum tunc erunt, qui se Ecclesiastica pacis tempore ab hoc mundo exituros esse crediderunt, beatus Job dum sua narrat, voces quoque justorum sequentium indicat, dicens.

Quod sancta Ecclesia filios suos in nido pacis enurrit.

CAPUT XVI.

Dicebamque, In nido meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.] Quid hoc loco per nidi nomen exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua unusquisque infirmus nutritur? Multitudo quippe illa bonorum, quæ persecutionum temporibus fuerit deprehensa, nutrimentorum suorum dies quasi in nido, sic in loco quietis, explorare creditur. Nam si sancta Ecclesia infirmos quoque filios nunc in

A nido pacis enutriat, Psalmista non diceret: Etenim *Ps. 83. 4.* passer invenit sibi dominum, & turridum, ubi reposat pullus suos. Jam * quippe dominum invenit sibi ^{* al. qui} passer; quia æternum cali habitaculum noster Redemptor intravit. Et turridum invenit nidum; quia sancta Ecclesia amore conditoris affecta, crebris genitibus utitur, & velut nidum sibi id est, pacatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumefcentes pullos, quoique ad superiora evolent, charitatis gremio calefactos foveri. Igitur quia tunc erunt, qui pacis tempore se ad superna migrare, id est, à nido evolare crediderunt, eorum vox beati Job voce prævenitur, cum ait:

[Dicebamque, In nido meo moriar.] Quia vero hoc ipsum sibi pacis otium ex multorum dierum longitudine promitebant, recte subiungit, dicens: [Et sicut palma multiplicabo dies.] Palma enim tardè proficit, sed diu in viriditate subsistit. Cum multis autem difficultatibus sancta Ecclesia ad fidem statum venit, & pro collectione plurimorum, in ejusdem fidei gloria diuini stare concupiscit. Sicut palma ergo multiplicare se dries credit, quæ emergente subita tentationis articulo, pacis luce gratiam & tardè a fidelibus adeptam, & circius ab infidelibus interceptam dolet. Nec immerito justorum vita palma comparatur: quia scilicet palma inferius tacta aspera est, & quasi aridis corticibus obvoluta; superiori vero & viuis & fructibus pulchra: inferius corticum suarum involutionibus angustatur: sed superiori amplitudine pulchra viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superiori pulchra: in imo ista quasi multis corticibus obvolvit, dum innumeris tribulacionibus angustatur: in summo verbo illa quasi pulchra viriditatis foliis amplitudine retributionis expanditur. Habet quidem aliud palma, quo à cunctis arborum generibus differt. Omnis namque arbor in suo robo juxta terram vasta subsistit, sed crescendo superiori angustatur, & quanto paulisper sublimior, tanto in altum subtilior redditur. Palma vero minor ab imis inchoat, & juxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit: & quæ tenuis ab imis proficit, vaftior ad summam succrescit. Quibus itaque alia arbusta nisi terrenis mentibus inveniuntur esse similia, inferius vasta, superiori angusta?

25.

*Dij. 47.
c. Omnes ha-
jus.*

quia nimis omnes hujus facili dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem defudare appetunt, & pro spe perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quasi libet injurias tolerant, & pro celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno judici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel unius horæ momento lassantur. Sæpe nuditatem, dejectionem, famem, pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant: superna autem laboriosè quætere tanto magis dissimulant, quanto ea retrubui tardius putant. Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti; quia fortes in inferiora subsistunt, sed in superiora deficiunt. At contraria ex qualitate palmarum designatur proficiens vita justorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in celestibus debiles; sed longius atque distantius studioflos se Deo exhibent, quam saeculo fuisse meminerunt. Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur: Humanum dico, Rom. 6. 6 propter infirmitatem carnis vestra: sicut enim exhibuitis membra vestra servire immunditia & iniuriam ad iniquitatem, ita nunc exhibetis membra vestra servire justitiam in sanctificationem: eorum proculdubio infirmitati condescendit, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltum tales estote in fructu bonorum ope.

Vide ep. 24. lib. 10.

* al. li.
be. eas,
quos in
carne v.
h. vte
terreno
volup-
tas.

26.

rum, quales fuistis dum in actione vitiorum; ne A
debiliores vos habeat sancta * libertas charitatis,
quam in carne validos habuit usus terrena volupta-
tis. Sunt vero nonnulli, qui cum cælestia appetunt,
atque hujus mundi noxia facta derelinquent, ab
inchoatione sua quotidie inconstantia pusillanimi-
tate deficiunt. Quibus hos, nisi arbustis reliquis si-
miles dixerim, qui nequam tales superius sur-
gunt, quales inferius oriuntur? Hi quippe ad con-
versionem venientes, non tales quales cœperunt,
perseverant, & quasi more arborum, inchoatione
vasti sunt, sed tenues crescunt: quia paulisper per
augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum.
Sensim quippe in eis desideria superna lan-
guescunt; & qui robusta ac fortia proposuerant,
debilia atque infirma consummant: dumque at-
tatis augmento proficiunt, quasi flexibles crescunt.
Palma vero, sicut dictum est, vaste in summitate
est, quam esse cœperit ex radice: quia laxe ele-
ctorum conversio plus finiendo peragit, quam pro-
ponit inchoando; & si tepidius prima inchoat, fer-
ventius extrema consummat: videlicet semper in-
choare se astimat, & idcirco infatigabili in novi-
tate perdurat. Hanc scilicet justorum constantiam

Esa. 40. Propheta intuens, ait: Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem suam, assument pennas ut aquila, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Mutant quippe fortitudinem; quia fortes student esse in spiritali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Assumunt autem pennas ut aquila; quia contemplando volant. Currunt & non laborant, quia velocibus magna celeritate C prædicant. Ambulant & non deficient; quia intellectus sui velocitatem retinent, ut tardioribus descendant. In cunctis vero bona quæ accipiunt, quanto aliis libenter accommodant, tanto ipsi incommutabiles in novitate perdurant: & qui tenues à radice inchoationis exirent, fortes in culmine perfectione convalescent. Dicat itaque beatus Job ex persona sua, dicat ex voce sanctæ Ecclesiæ his, quos pacis tempore ad se conversos habuerat, atque in bonis moribus perseveratores credebat: [Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.] Quasi enim palman multiplicare se dies credit, quæ mentes fidelium ad extremum usque robustiores exurgere purabat. Cum enim multorum corda persecutorum cœperint lassata mollescere, dolet jam in se quasi ad debilitatem tendere, quos mirabatur fortia proposuisse. Et quia mente semper spirituali scientiæ intendit, re- & subiungitur: [Radix mea aperia est secus aquas.] Juxta aquas enim radix aperitur, quando ad percipienda veritatis fluenta latenter cogitationem mentis expanditur. Ut enim in superiori libro jam dixi- nis, solet in sacro eloquio radicis nomine occulta cogitatio designari. Radicem igitur nostram secus aquas aperimus; cum infusioni intimæ cogitationem taciti cordis intendimus. Quæ scilicet verba si ad vocem sanctæ Ecclesiæ ducimus, radix illius ipsa debet incarnatio Redemptoris intelligi. Quæ juxta aquas aperta est, dum Deus invisibilis per assumptionem humanitatis sive patuit aspectibus visionis nostræ. Creator quippe qui in divinitate videri non poterat, assumpsit a nobis unde videretur à nobis. Radix ergo secus aquas aperitur; quia autor humani generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Unde rectè quoque per Psalmistam dicitur: Et erit tamquam lignum quod plan- tatum est secus decursus aquarum. Decursus quippe aquarum sunt quotidiani transitus deficientium populum. Et de semetipsa Veritas dicit: Si in ligno viridi haec faciunt, in arido quid fieri? Lignum ergo secus decursus aquarum est, quia fructum & protectionem sui nobis umbraculi proferens, apparuit creator in caræ, ut humanum genus per resur-

Psalm. 1.14

27.

Luo. 2.3

rum, quales fuitis dum in actione vitiorum; ne A
debiliores vos habeat sancta * libertas charitatis,
quam in carne validos habuit usus terrena volupta-
tis. Sunt vero nonnulli, qui cum cælestia appetunt,
atque hujus mundi noxia facta derelinquent, ab
inchoatione sua quotidie inconstantia pusillanimi-
tate deficiunt. Quibus hos, nisi arbustis reliquis si-
miles dixerim, qui nequam tales superius sur-
gunt, quales inferius oriuntur? Hi quippe ad con-
versionem venientes, non tales quales cœperunt,
perseverant, & quasi more arborum, inchoatione
vasti sunt, sed tenues crescunt: quia paulisper per
augmenta temporum patiuntur detrimenta virtutum.
Sensim quippe in eis desideria superna lan-
guescunt; & qui robusta ac fortia proposuerant,
debilia atque infirma consummant: dumque at-
tatis augmento proficiunt, quasi flexibles crescunt.
Palma vero, sicut dictum est, vaste in summitate
est, quam esse cœperit ex radice: quia laxe ele-
ctorum conversio plus finiendo peragit, quam pro-
ponit inchoando; & si tepidius prima inchoat, fer-
ventius extrema consummat: videlicet semper in-
choare se astimat, & idcirco infatigabili in novi-
tate perdurat. Hanc scilicet justorum constantiam

A rectionem figeret, quod per defactum quotidie ibat in mortem. Sequitur: [Et ros morabitur in missione mea.] Subaudis, dicebam. Meffio enim sancta Ecclesiæ non inconvenienter accipitur, cum perfectæ animæ corporibus abstractæ, velut maturæ segetes à terra decisæ, ad cælestia horrea demigrant: quod quia non nostra virtute, sed cœlesti gratia largiente agitur, bene ait: [Et ros morabitur in missione mea.] Ros namque desuper cadit, missis deorum colligitur. Ergo ros morabitur in missione; quia gratia desuper veniens agit, ut digni simus qui de inferioribus colligamur. Ipsa quippe nos desuper infundente, fructum bonorum operum ferimus. Unde rectè quoque per Paulum dicitur: Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit. Si enim queratur quid sit ros desuper veniens, ait: Gratia Dei sum id quod sum. Si intueamur messiem sub rore crescentem, ait: Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi. Scquitur: [Gloria mea semper innovabitur, & arcus mens in manu mea instaurabitur.] Subaudis, dicebam. Superiori quippe sententie conjungitur, quod locutione continua subiungitur, cum ait: [Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.] Ac deinde subiungitur: [Radix mea aperita est secus aquas, & ros morabitur in missione mea.] Gloria mea semper innovabitur, & arcus mens in manu mea instaurabitur.] Cunctis vera scientia bliquet, quod ad virtutem vitam vita pertinent, virtutes ad novam. Hinc enim Paulus dicit: Exuenies vos veterem hominem cum actibus suis, & Coloss. 3.1. indumentes novum. Hinc rursus ait: Vetus homo no- Rom. 6.4. ster simul crucifixus est. Hinc Psalmista ex typo hu- mani generis loquens, inter malignos spiritus deprehensus dicit: Invertaveri inter omnes inimicos psal. 6.6. meos. A fervore etenim mentis vel inter spiritales inimicos, vel inter carnales quosque proximos, ipso aliquo modo vivendi usu veterificamus, & as- sumptæ novitatis speciem fuscamus. A qua tanzen verustate quotidie si studio circumspectionis invi- gilamus, orando, legendō, bene vivendo renova- mur: quia vita nostra dum lacrymis lavatur, bonis operibus exercetur, sanctis meditationibus tenditur, ad novitatem suam sine cessatione reparatur. Beatus igitur Job sic sua narrat, ut nostra significet: quia sancta Ecclesia cum fideles suos conspicit ad vite veteris culpas redire, eos quos novitatem mentis intueri perdere, cogitare plorare. Prædictor quippe egregius discipulis suis dicit: Quæ est enim 1. Thess. nostra spes, aut gaudium, aut corona gloria? nonne 2. d. vos ante Dominum? Sancta ergo Ecclesia quasi amissam gloriam deplorat, cum fideles suos ad vi- tam veterem redire considerat. Ait enim: [Dicebam, Gloria mea semper innovabitur;] quia eos quos in se nova vita militare credidit, verutem de- sideriis servire cognoscit. Arcus autem nomine in sacro eloquio aliquando malorum insidiae, aliquando dies judicij, aliquando vero ipsa eadem sacra eloquia designantur. Per arcum quippe insidiae fi- gurantur, sicut per Psalmistam dicitur: Intenderunt psal. 63. arcum suum, rem amaram. Per arcum quoque dies E extreimi judicij designatur, sicut per eundem rursum Psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura, psal. 59. potasti nos vino compunctionis: dedisti metentibus a te significationem, ut fugiant a facie arcus. In arcu enim quanto longè trahitur chorda, tanto de eo distriictior exit sagitta. Sic nimur sic extreimi judicij dies quanto longè differtur ut veniat, tanto cùm venerit, de illo distriictior sententia procedit. Idecirco autem diversi nunc cladibus percumur, ut his correxi, paratores tunc inveniri valeamus. Unde illuc præmissum est: Ostendisti populo tuo dura, flagella videlicet scæculi, quæ fecuturum gravius judicij diem præcurrunt. Potasti nos vino compunctionis: ut terrena gaudia in lacrymas veterentur. De- difisi

difi metuentibus te significacionem, ut fugiant à facie arcus. Ac si diceret: Hoc tempus misericordia est, illud tempus judicij erit. Per ista ergo hujus temporis flagella significans, quomodo tunc percussurus es, quando non parcens judicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis. Aliquando autem per arcum etiam sacra Scriptura signatur. Ipsa quippe arcus est Ecclesia, ipsa arcus est Domini, de qua ad corda hominum sicut ferientes sagittae, sic terentes sententiae veniunt. Unde recte quoque per Psal. 7. b Psalmistam dicitur: *Arcum suum tenet & paravit illum, & in ipso paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus efficit.* Arcum namque sumum Dominus tenet; quia cunctis peccatoribus per Scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu scilicet vasa mortis præparavit; quia secundum eloquij sui sententiam, eos qui nunc corrigi negligunt, reprobos damnat. In quo etiam sagittas suas ardentibus efficit; quia in eos quos per terrorem corrigit, accensas verborum sententias emittit. De hoc prædicatorum arcu per Esaiam dicitur: *Cum sagittis & arcu ingrediuntur illae:* quia nimur sancti Apostoli ad feriendam Gentilis vitæ duritiam cum distractis verborum spiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine, nisi sacram eloquium debet intelligi? In chorde etenim Testamentum novum, in cornu verò Testamentum vetus accipitur. In arcu autem dum chorda trahitur, cornu curvatur. Sic in hoc eodem sacro eloquio dum Testamentum novum legitur, duritia Testamenti veteris emollitur. Ad ejus namque spiritualia & blanda præcepta, illius litteræ se rigor inclinat: quia Testamentum novum, dum quasi quadam bona operationis brachio trahitur, in Testamento veteri severitas jura fleantur. Nec indecenter dicimus chordam Testamento novo congruere, quod de incarnatione Domini certum est extitisse. Quasi ergo chorda trahitur, & cornua curvantur: quia dum in Testamento novo incarnationis mediatoris agnoscitur, ad spiritalem intelligentiam rigor Testamenti veteris inclinatur. Ait igitur sanctus vit: [*Dicebam, Gloria mea semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.*] Arcus in manu, est Scriptura sacra in operatione. In manu etenim arcum tenet, qui divina eloqua qua intellectu cognoscit, operatione perficit. Instauratur ergo arcus in manu, dum quidquid in sacro eloquio studendo cognoscitur, vivendo

GO

Ef. 7. d

*completur. Hinc etiam Salomon dicit in fortis spiritatis pugnae describeret bellatores, ait: Omnes tenentes gladios, ad bella doctissimi. Quid namque in divina Scriptura per gladium figuretur, Paulus aperte ruit, dicens: Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Salomon autem non ait: Omnes habentes gladios, sed tenentes: quia videlicet verbum Dei non est mirabile solummodo scire, sed facere. Habet quippe, sed non tenet gladium, qui diuinum quidem eloquio novit, sed secundum illud vivere negligit. Et doctus esse ad bella jam non * vellet, qui letat spiritalem quem habet gladium, misericorditer exercet. Nam resistere tentationibus omnino non sufficit, qui hunc verbi Dei tenere gladium male vivendo postponit. Sancta itaque Ecclesia, quæ subsequenti persecutione deprimitur, malorum abundantiam, & bonorum inopiam pensans, beati Job vocibus damna sua pronunciari dicens: [*Dicebamque, In nudulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies: Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in missione mea. Gloria mea semper innovabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.*] Quæ videlicet cuncta considerans, nequaquam spe cassa fallebatur. Nam perfecti quique multos nunc ejus conspicuunt adjutores, sed pensant proculdubio quod emergente persecutionis articulo, ex his plerique hostes illius fient, qui esse pacis tempore ejus cives videntur. Non autem de omnibus ita desperant: sed tamen plerumque contingit, ut hi, de quibus majorem fiduciā fiduciam habuerant, ipsi ejusdem fiduciæ hostes atrociores fiant: ut eos tunc videant contra sacra eloquia agere, ex quorum se operatione crediderant hæc eadem sacra eloquia ad prædicatiois gratiam restaurare. Quia tamen tempora jam nunc inchoasse ingemiscimus, cum multos intra Ecclesiam positos cernimus, qui aut nolunt operari quod intelligent, aut hoc ipsum quoque sacram eloquium intelligere ac nosce contemnunt. A veritate etenim avertentes auditum, ad fabulas convertuntur, dum omnes que sua sunt querunt, non que sunt Philip. Iesu Christi. Scripta Dei ubique reperta opponuntur oculis; sed hæc cognoscere homines desiderantur. Pene nullus querit scire quod credidit. Multitudine ergo bonorum præcedentium arcum suum destrui dolebat, quæ sacram eloquium restaurari semper per studium subsequentium credebat.*

SANCTI GREGORII MORALIS EXPOSITIONIS IN BEATVM JOB LIBER VIGESIMVS.

CAPUT PRIMUM.

QUAMVIS omnem scientiam atque doctrinam Scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat; ut taceam quod vera prædicta, quod ad calestem patriam vocat, quod à terrenis desiderii ad superna amplectenda cor legentis immurat, quod diuersis obscurioribus exercet fortes, & parvulis humili sermone blanditur: quod nec sic clausa est, ut pavesci debeat; nec sic patet, ut vilescat: quod uero fastidium tollit, & tantò amplius diligitur, quanto amplius meditatur: quod legentis S. Greg. Tom. I.

animum humilibus verbis adjuvat, sublimibus sensibus levat: quod aliquo modo cum legentibus crescit: quod à rudibus lectoribus quasi recognoscitur, & tamen doctis semper nova reperitur: ut ergo de rerum pondere taceam, scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcedunt: quia uno eodemque sermone dum narrat textum, prodit mysterium, & sic scit præterita dicere, ut eo ipso noverit futura prædicare, & non immutato dicendi ordine, eisdem ipsis sermonibus novit & anteacta describere, & agenda nunciare: sicut

oo